Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Augustus

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

aliquid maioris hinc suboriatur, Id quod pro tua solita dexteritate posse et obsequentissime curaturum scimus, et benignitatis nostræ iampridem erga te susceptæ indicijs haud obscuris gratum in eo obsequium te nobis præstitisse aliqn declarabimus. Datum Viennæ, 2 Augusti Anno M. D. LXIIII.

Decretum per Imperatorem in Consilio priuato 2. Aug. Año 64 Vt Camera Hungarica centũ urnas vini Sigismundo Tordæ cedat.

386.

Sacra Cæsarea Mtas Dominus noster Clementissimus, Dominis Cameræ Aulicæ Consiliarijs clementer significat, suam Mtem ante aliquot anteactos dies Sigismundo Tordæ, Cameræ Hungaricæ præfecto, centum Vrnas vini, quæ fisco Vngarico cesserant, ex grã donasse. Velle igitur omnino suæ Mtis nõie ea de re ex Camera Aulica Mandatum Hungaricæ Cameræ insinuandum confici, eidemq; iniungi, ut dictas centum Vini urnas Tordæ integras cedat.

luntatis indicium nobis pergratum, mutua nostra
beneuolentia, cum res ferret, abundè recompensan:
dum. Datæ Viennæ xxix Julij Anno 2ª. 1564.

1.5.64.

AVGVSTVS

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus

387° Georgio Albany

Pergere te tam sedulò in isto nobis obsequendi studio, cuius proximæ ad nos literæ testimonio Nobis abundanti fuêre, est quod benigna erga te memoria nos gratum habere aliqn̄ euidenter tibi contestemur. Et quia multa istbic nici disse, quæ nobis singulariter annunciandа sint, scribis, ac proinde licentiam tibi cum Eduardo illo, qui p̄cursor uobis Constantinopolim est p̄missus, reuertente huc excurrendi à nobis concedi obsequenter expetis, Nos sane, siquidem id è re ñra esse intelligimus, ut ad nos uenias Clementes annuimus, Ages igitur, de isto tuo ad nos reditu, prosequendo etiam cum Mag.to Vrslam Rego, qua potes, ratione conuenientiori. Cæterum de uarijs, quas tibi p̄grandi sumptui istbic faciendo necessitatem imponere significas occasionibus, uolumus te clementer admonitum, ne tu fines liberalitatis p̄tergrediaris, sed eius pecuniæ, quâ nosti à nobis tibi cum cæteris collegis tuis destinatam

rationem

rationem diligenter habeas. In eo ex benigno nostro arbitrio feceris, Datæ Viennæ 3 Augusti Anno 64.

388. Literæ passus pro Carolo de Poitiers.

Maxi: Quoniam fidelem nostrum dilectum Carolum de Poitiers in Gallias, certa quædam negotia istbic executum delegauimus, ac proinde ea illa, quæ ad profectionem eius maturandam et prouehendam conferunt, euenirii ipsi Clementer cupiamus &c. Datæ Viennæ 4 Augusti Anno M·D·LXIIII.

Maximilian &c.

Sigismundo Tordæ

389. Si quid præter illa tria millia aureorum, quæ ex donatiuo ab Hungariæ Statibus nobis destinato collecta penes te habere proximè ad nos scripsisti, interea amplius tibi solutum est, de eo ut nos cumprimis certos facias, equidem Clementer uolumus, Egeris

m

in hoc ex benigna nostra uoluntate, nostra in te Clementia agnoscendum. Datæ Viennæ iiii.ta Augusti Anno &c. M. D. LXIIII.°

390. Regi Poloniæ scribuntur Credentiales pro Caspare à Schönach et Ernesto à Rechenberg

Maximilianus &c. salutem &c. Ablegauimus ad Ser.m Vrám ꝓsentium exhibitores Consiliarios nostros Egregios nobis et Impero sacro fideles dilectos Casparem à Schönach et Ernestum à Rechenberg, eisq; in mandatis dedimus, Vt nostris uerbis Ser.ti Vræ quædam renuncient et exponant, ad liberationem Illu.ris Christophori Ducis Megapolensis Principis et consanguinei nostri charissimi, qui superiore anno in potestatem Ser.ti Vræ peruenit, pertinentia. Quamobrem à Ser.ti Vra fraternie et amanter petimus, Vt ꝓfatis Consiliarijs nostris faciles aures præbere, eiq; non secus ac si nos ipsos coram Verba facientes audiret, indubitatam fidem adhibere, et ad postulata nostra (ut nobis quidem uidetur) æqua et iusta haud difficilem se exhibere digne-

bere dignetur. In eo Stas Vra, rem nobis longè gratissimam, pari officio, atq; omni fraternæ beneuolentiæ studio erga eandem compensandam factura est. Quam quidem, quàm diutissimè incolumem uiuere, ac quàm rectissimè ualere optamus. Datæ Viennæ 4 Augusti Anno p M.D.LXIIII.

Maximilianus &c

Aurelio Fregoso.

3910

Accepimus quibus de negotio isto Genuensi, ut nunc se res habeat, pro solita tua erga nos fide significas, lras tuas, grato et benigno planè animo. Arbitramur autem tibi haud ignotum iam esse, qua ratione Genuensis illa Resp. feliciss. me: Sac: Cæs. Mti Dno et parenti nro haud ita pridem reconciliata, tam ab ipsa quàm à nobis in gratiam pristinam sit recepta. Quod cum ità se habeat, satis, puto intelligis, præter rem fore eiusmodi conatus in Corsica nunc suscipere,

sed

sed, quam benignitate nra sponte donaumus, ea ne temere ipsam deludamus fas esse. Atqui nihilosecius gratissima ista nobis delata officia tua, ut memori et clementi animo à nobis agnosci commodè aliquando sentias, quacunq; occasione libenter curabimus: tèq; ita de nobis polliceri tibi omnino uolumus. Data Vienna XXII Augusti Anno M·D·LXIIII.

Maximilianus etc

392 Sigismundo Tordæ

Qui has ad te feret, mittitur à nobis allatum quicqd pecuniæ abs te hucusq; ex donatiuo à statibus Regni nostri Vngariæ nobis destinato collectum ad manus habes, Ei igitur eiusmodi argentum omne huc uehendum illico committes, Acturus in hoc ex Clementi nra uoluntate. Data Vienna XXIIII Augusti Anno 2d. 64.

Maxmilianus etc.

393 Oratori Romæ, vt pontifici gras agat super promissa Nuntij promotione.

LXXIII.

Ex literis quas ad nos, manu sua scriptas S·D·mi:
sit, XV. præteriti mensis datas, constantem eius S^tis
Voluntatem de Epi Pharensis in Cardinalium coetum
adlegendo intelleximus; Quod quidem tùm à feli:
cissimæ recordationis Sac. Cæs. Mtis. genitore no:
stro colendissimo, tùm à nobis magna de causa
iam sæpius expetitum est. Nam pelarè ille de no:
bis, quim uerò de tota Repub. Christiana meritus E,
Ac quoniam in memoratis literis eius S^tis pollicetur
huius rei executionem non adeò dilatum iri, ut non abun:
dè uel hinc quoq; intelligere possimus, maximam nostri
huius desiderij habitam esse rationem Iniungimus tibi,
ut adeas eius S^tem et ingentes ei gratias nostris uerbis
agas, de promissa pfati Pharensis in Cardinalem pro:
motione. Omnemq; dabis operam diligenter, ut no:
strum hoc desiderium iam tandem suum finem sortiatur,
Executurus in eo benegratam Voluntatem nram. Datæ
in Ciuitate nra Viema Austriæ, Vigesima quarta
die Augusti, Anno ꝛc. M·D·LXIIII.°

Maximilianus &c.

394° Duci Veneto

Declararunt nobis abundè Dil.ni Vrae literae, quantum doloris animo eius pepererit felicis.me. Diui Ferdinandi Imperatoris parentis nostri colendissimi obitus, atq; adeò illius in uiuum amorem et obseruantiam haud uulgarem pietate ista in defunctum singulari egregiè attestatum. De eiusmodi igitur condolendi nobis pio officio grãs Vrae Dil.ni istiq; Illu. Domino debitas et beneuolentissimas agimus: hoc unum curę inprimis habituri, ut optimae isti V. Dil.ni de nobis susceptae expectationi, qua dolorem exspfati Diui parentis nostri morte sibi suborta, successione nostra lenire se contestatur pro uoto V. Dil.nis et totius Christianae Reipub. Diuina ope intercedente pro uirili respondisse reperiamur: Amicitiam certè et beneuolentiam dicti Diui Parentis nostri in Rempub. Vestram ipsi tanq; per manus nobis traditã amanter vobis perpetuam libenter conseruabimus. Datae Viennae xxiiii Augusti A.o 64.

Maximilianus ꝛc.

Georgio Cassandro

L XXIV 395

Quæ fælicissimæ memoriæ, Sac.ª Cæs. Mt.ᵗᵃˢ Dominus et pater nobis colendissimus, interlocutore Venerabili Friderico Archiepo Coloniensi Sacri Romani Imperij Principe Electore, Principe nostro char.ᵐᵒ usus, atq; Nos ipsi etiam abs te, in componendo Corpore quodam Synceræ Doctrinæ ad ipsam antiquitatem ueræ Catholicæ fidei propius accedente, quod tamen, (quatenus hac ipsa Catholica religione salua fieri potest) ordine et sensu cum Confessione Augustana conueniat, et alijs nonnullis Concordiæ in Ecclesiam Christianam reducendæ seruientibus, elucubranda perbenignè iamdudum petieramus, ea cum tu, pro pio et ardenti tuo Veteri in Rempublicam Christianam studio, libenter te suscipere, sis iam anteà nobis attestatus: Equidem mihil iam planè ambigimus, quin in opere tàm sancto tamq; necessariò quàm primùm prosequendo, omni

sedulitate,

sedulitate, cura & uigilantia totus iam sponte uerseris. Veruntamen cum et res ipsa magis ac magis nunc urgeat, ac proinde nobis quoq; summæ curæ sit, eiusmodi opus primo quoq; tempore perfectum et absolutum habere: iteratò te q̃ clementer adhortamur, ut si ulla ratione fieri potest, de illo in mensem usq; Octobrem absoluendo unicè labores atq; inuigiles. Flugebit meritum hoc de Repub. tuum maximopere, ipsa opitulandi maturitas, et nobis ex eo prior in te benignitas maiorem in modũ accrescet, qua in tuum aliquando non leue commodum, quam grata ista tua nobis fuerit opera, egregiè tibi declarabimus. Datæ Viennæ. xxvi Augusti. Anno ꝯ M. D. xxiiii.

396 Ad Regem Poloniæ. Literæ dimissoriæ et fidei pro Stanislao Carnkowski

Maximilianus &c. salutem &c. Quæ nobiscum tractari V. Ser.tas per Egregium nobis dilectum Stanislaum Charnkowski Referendarium et summum Secretarium suum curauit, in ijs apud nos exequendis, eiusmodi is integritate, fide, et pstantia est usus, ut eum iamnde Clementius complectamur, adeoq; V. quoq; Ser.tis commendatiorem hoc noie deinceps esse plurimum cupiamus: Et, nisi à V. S.te accersitum sese esse significasset, nobiscum comorantem diutius sane libenter tulissemus. Reuersuro itaq; isthuc uicissim quædam ad Vram S.tem perferenda comisimus, in quibus ei solitam à V. S.te fidem haberi peramanter petimus. De cætero omnem consanguinei et fratris synceri beneuolentiam V. Ser.tis peramanter pollicentes. Quam Deus opt. Max. diu incolumem conseruet Data Viennæ xxviii Augusti A.o p. M. D. LXIIII.o